UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tullii Ciceronis Orationes diligentius recognitae & aptiore serie repositae

### Cicero, Marcus Tullius

### Lutetiae Paris, 1522

De aruspicum responsis in senatu. Oratio XXXI.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-431

Visual Library

## DE ARVSPICVM RESPONSIS IN SENATV. ORATIO.XXXI.

HESTERNO DIE.P.C.Cum me & veſtra dignitas,& frequētia equi-
tum Romanorū,quibus Senatus dabatur,magnopere cōmouiſſet,pu
taui mihi reprimendā eſſe P.Clodii impudicā impudentiā,cū is pu-
blicanorū cauſam ſtultiſſimis interrogationibus impediret,& P.Tul-
Nauare operam. lioni Syro nauaret operā:atq; ei ſeſe,cui totus venierat,etiā vobis in
Venire. ſpectātibus venditaret.Itaq; hominē furentē,exultantēq; continui,ſi-
Vēditare. mulac periculū iudicii intendi: duobus inceptis verbis omnē impetū
Intendere periculū iudicii. gladiatoris,ferociamq; compreſſi.Attamen ignarus ille,qui conſules
eſſent,exanguis atq; æſtuans ſe e curia repente proripuit, cū quibuſ-
dam fractis iam,atq; inanibus minis,& cum illius Piſoniani temporis
Gabinianiq; terroribus. Quē cū egredientē inſequi cœpiſſem, cepi equidem fructum maxi-
mū & ex conſurrectione omniū veſtrum,& ex comitatu Publicanorum. Sed vecors repente
ſine ſuo vultu,ſine colore,ſine voce conſtitit:deinde reſpexit: & ſimul ad Cn. Lentulū Conſ.
aſpexit,concidit in Curiæ pene limine,recordatione credo Gabinii ſui,deſiderioq; Piſonis.cu
ius de effrenato,& præcipiti furore qd dicam? haud poteſt grauioribus a me verbis vulnera
ri,q̃ eſt ſtatim,in facto ipſo,a grauiſſimo viro P.Seruilio cōfectus,ac trucidatus.cuius ſi etiā
vim,& grauitatem illam ſingularem,ac pene diuinam aſſequi poſſem,tamen nō dubito, quin
ea tela,quæ coniecerit inimicus,q̃ ea quę Collega patris emiſit,leuiora atq; hebetiora eſſe vi
deantur.Sed tamen mei facti rationem exponere illis volo,qui heſterno die dolore me elatū,
& iracundia longius prope digreſſum arbitrabantur,q̃ ſapientis hominis cogitata ratio po-
Impotenti animo. ſtularet.Nihil feci iratus,nihil impotenti animo,nihil non diu conſideratum,ac multo ante
meditatum. Ego enim P.C.inimicum me ſemper eſſe profeſſus ſum duobus,qui me,qui rē
meam,cum defendere deberent,ſeruare poſſent:cūq; ad conſulare officium,ipſis inſignibus il
lius imperii,ad meam ſalutem,non ſolum auctoritate, ſed etiam precibus veſtris vocarētur,
primo reliquerunt:deinde prodiderunt:poſtremo oppugnauerunt,premiiſq; nefarię pactio-
nis funditus vna cum Repub.oppreſſum extinctūq; voluerunt : quiq; ſuo ductu & imperio
cruento illo atq; funeſto,ſupplicia neq; a ſociorum mœnibus prohibere, neq; hoſtium vrbi-
bus inferre potuerunt,excidionem,inflammationem,euerſionem,depopulationem,vaſtitatem
eam ſua cum præda meis omnibus tectis,atq; agris intulerunt. cum his furiis,& facibus, cū
Bellū inexpiabile. his inquam exitioſis prodigiis,ac pene huius imperii peſtibus, bellum mihi inexpiabile dico
eſſe ſuſceptum:neq; id tamen ipſum tātum quantum meus,ac meorum,ſed tantum, quantū
veſter atq; oīm bonorū dolor poſtulauit. In Clodiū vero non eſt hodie meū maius odiū,q̃
illo die fuit, cum illum ambuſtū religioſiſſimis ignibus, cognoui muliebri ornatu ex inceſto
ſtupro,atq; ex domo pontificis maximi emiſſum:tū inquā,tum vidi,ac multo ante proſpexi,
quāta tempeſtas excitaretur,quāta impenderet procella Reipublicæ.Videbā illud ſcelus tam
importunū,audaciam tā immanem adoleſcentis furentis,nobilis,vulnerati, non poſſe arceri
otii finibus:erupturum illud malū aliquādo,ſi impunitū fuiſſet,ad perniciem ciuitatis. non
multum mihi ſane poſt ad odium acceſſit. nihil enim contra me fecit odio mei,ſed odio ſe-
ueritatis,odio dignitatis,odio Reipublicę:nō me magis violauit,q̃ Senatū,q̃ Equites Roma
nos,q̃ omnes bonos,q̃ Italiā cūctā:nō deniq; in me ſceleratior fuit,q̃ in ipſos deos immorta-
les.Etenim illos eo ſcelere violauit,quo nemo antea:in me fuit eodē animo,quo etiā eius fa-
miliaris Catilina,ſi viciſſet,fuiſſet.Itaq; eū nūq̃ a me eſſe accuſandū putaui, nō plus q̃ ſtipitē
illum,qui quorū hominū eſſet,neſciremus,niſi ſe Ligurem ipſe eſſe diceret. Quid enim hunc
perſequar pecudem ac belluam pabulo inimicorum meorum & glande corruptum? qui ſi ſen
ſit,quo ſe ſcelere deuinxerit,non dubito,quin ſit miſerrimus. ſin autem id nō videt,periculū
eſt,ne ſe ſtuporis excuſatione defendat.Accedit etiā ꝙ expectatione omniū,fortiſſimo,& cla-
Deſponſa laus. riſſimo viro T.Annio deuota,& conſtituta iſta hoſtia eſſe videtur: cui me præripere deſpon
ſam iam,& deſtinatam laudem,cum ipſe eius opera & dignitatem,& ſalutē recuperarim, val-
de eſſet iniquū.Etenim vt P.ille Scipio natus mihi videtur ad interitum, exitiūq; Carthagi
nis,qui illam a multis imperatoribus obſeſſam,oppugnatam,labefactatam,pene captā,aliquā-
do quaſi fatali euentu ſolus euertit:ſic T.Annius ad illam peſtem comprimendam,extinguē-
dam,funditus delendā natus eſſe videtur,& quaſi diuino munere donatus Reipublicę. ſolus

ille cognouit,quemadmodũ armatũ ciuem,qui lapidibus,qui ferro alios fugaret,alios domi
cõtineret:qui vrbem totam, qui curiam,qui forũ,qui tẽplũ,omnia cęde,incendiiſq; terreret:
nõ modo vici,verũ etiã vincire oporteret.Huic ego,& tali,& ita de me,ac de patria merito,
viro nũq̃ mea voluntate præripiam,eũ præſertim reũ, cuius ille inimicitias nõ ſolũ ſuſcepit
propter ſalutem meam, verũ etiam appetiuit . ſed ſi etiã nũc,illaqueatus iam omniũ legum
ꝑiculis,irretitus odio bonoꝝ omniũ,expectatione ſupplicii iam nõ diuturna implicatus, fe
retur tamen hæſitans,& in me impetũ impeditus facere conabitur,reſiſtam:& aut concedẽte,
aut etiam adiuuante Milone,eius conatum refutabo. velut heſterno die,cũ mihi ſtanti tacẽs
minaretur,voce tãtũ attigi legum initiũ,& iudicii. conſedit ille.conticui. diem dixiſſet,vt fe
cerat:feciſſem vt ei ſtatim tertius a prætore dies diceretur. atq; hoc ſic moderetur, & cogi
tet,ſi contentus ſit his ſceleribus,quæ cõmiſit:iam conſecratum Miloni:ſi q̃d in me telum in
torſerit,ſtatim me eſſe arrepturũ arma iudiciorũ,atq; legum.Atq; paulo ante P.C.cõcionem
habuit,quæ eſt ad me tota delata:cuius concionis primũ vniuerſum argumentũ ſententiãq;
audite.cũ riſeritis impudentiã hominis,tum a me de tota cõcione audietis.De religionibus
ſacris,& cerimoniis eſt concionatus Patres conſcripti Clodius:P.inquã Clodius ſacra & reli
giones negligi,violari,pollui,queſtus eſt.Nõ mirũ,ſi hoc vobis ridiculũ videtur. & ſua con
cio riſit:hominẽ quomodo ipſe gloriari ſolet,ducentis confixũ ſenatuſcõſultis,quæ ſunt oĩa
contra illũ pro religionibus facta:hominẽq; illũ,qui puluinaribus Bonę deę ſtuprũ intulerit:
eaq; ſacra,quæ viri oculis,ne imprudentis q̃dẽ aſpici fas eſt,nõ ſolũ aſpectu virili,ſed flagitio
ſtuproq; violarit:in cõcione de religionibus neglectis cõqueri. Itaq; nũc proxima cõcio eius
expectat de pudicitia.Quid eñ intereſt,vtrũ ab altaribus religioſiſſimis fugatus, de ſacris &
religionibus q̃ratur?an ex ſororũ cubiculo egreſſus,pudorẽ pudicitiãq; defendat? Reſpon

Clodi⁹ ſtuprũ intulit puluinaribus Bonæ Deæ.

ſum Aruſpicum hoc recens de fremitu,in cõcione recitauit:in quo cum aliis multis ſcriptũ
etiam illud eſt(id q̃d audiſtis) loca ſacra,& religioſa,profana haberi.in ea cauſa eſſe dixit do
mũ meam a religioſiſſimo ſacerdote P.Clodio conſecratã.Gaudeo mihi de toto hoc oſtẽto,
q̃d haud ſcio,an grauiſſimũ multis his annis huic ordini nũciatũ ſit,datã nõ modo iuſtã,ſed
etiã neceſſariã cauſam eẽ dicẽdi. Reperietis eñ ex hoc toto prodigio,atq; reſpõſo,vos ex iſti⁹
ſcelere,ac furore,ab impendẽtibus ꝑiculis maximis,prope iam voce Iouis optimi maximi ꝓ
moneri.Sed primũ expiabo religionẽ ædiũ mearũ,ſi id facere vere,ac ſine cuiuſq̃ dubitatione
potero.Sin ſcrupulus tenuiſſimus reſidere aliq̃s videbit̃,nõ modo patiẽti,ſed etiã libenti ani
mo portentis deoꝝ immortaliũ religioniq; parebo.Sed quę tãdẽ eſt in hac vrbe tãta domus
ab iſta religionis ſuſpitione tã vacua,atq; pura? Q̃z q̃ veſtræ domus P.C.cæterorũq; ciuium
multo maxima ex parte ſunt liberæ religione, tamẽ vna mea domus iudiciis omnibus libera
ta,in hac vrbe ſola eſt.Te enim appello Lentule & Philippe.ex hoc Aruſpicum reſponſo de
creuit ſenatus,vt de locis ſacris,religioſis,ad hunc ordinem referretis. poteſtis ne referre de
mea domo?quæ (vt dixi) ſola in hac vrbe omni religione omnibus iudiciis liberata eſt? quã
primũ inimicus ipſe in illa tẽpeſtate ac nocte Reip. cum cętera ſcelera ſtylo illo impuro Sex.
Clodius conſcripſiſſet,ne vna quidem attigit litera religionis.Deinde eandem domũ,Popu
lus Romanus,cuius eſt ſumma poteſtas omniũ rerum,comitiis Centuriatis omniũ ætatũ,or
dinũq; ſuffragiis,eodẽ iure eſſe iuſſit,quo fuiſſet.Poſtea vos P.C.nõ q̃ dubia res eſſet, ſed vt
huic furię,ſi diutius in hac vrbe, quã delere cuperet,maneret, vox interdiceret , decreuiſtis
vt de mearũ ædiũ religione ad Pontificum Collegium referretur. quæ tanta religio eſt? qua
nõ in noſtris dubitationibus,atq; in maximis ſuperſtitionibus,vnius P.Seruilii, ac M.Luculli
reſponſo,ac verbo liberemur? De ſacris publicis,de Ludis maximis,de deorũ Penatũ Veſtęq;
matris cerimoniis,de illo ipſo ſacrificio,q̃d fit pro ſalute Populi Romani:q̃d poſt Romã cõ
ditã,huius vnius caſti tutoris religionũ,ſcelere violatũ eſt:q̃d tres Pontifices ſtatuiſſent, id
ſemp Populo Ro.ſemp ſenatui,ſemp ipſis diis ĩmortalib⁹ ſatis ſanctũ,ſatis auguſtũ,ſatis reli
gioſum eẽ viſum eſt.At vero meã domũ P.Lẽtulus Cons.& põtifex,P.Seruilius,M.Lucullus,
Q.Metellus,Glabrio,M.Meſſala,L.Lẽtulus Flamẽ Martialis,P.Galba,Scipio, C.Fannius, M.
Lepidus,L.Claudius Rex ſacroꝝ,M.Scaurus,M.Craſſus,C.Curio,Sex.Cæſar Flamẽ Quirina
lis,Q.Cornelius,P.Albinouanus,Q.Terẽtius põtifices minores,cauſa cognita duobus locis
dicta,maxima frequẽtia ampliſſimoꝝ,ac ſapiẽtiſſimoꝝ ciuiũ aſtãte,omni religione vna mẽte
omnes liberauerunt.Nego vnq̃ poſt ſacra cõſtituta,quorum eadem eſt antiquitas,quę ipſius
vrbis,vlla de re, ne de capite quidem virginum Veſtalium , tam frequens collegium iudi

Ludi maximi.

Veſta mater.

Triũ Pontificũ poteſtas.

caſſe.q̄q̄ ad facinoris diſquiſitionē intereſt adeſſe q̄plurimos. Ita eſt enim interp̄tatio illa pō-
tificum, vt iidē poteſtatem habeant iudicū. Religionis explanatio vel ab vno pōtifice perito
referri poteſt. qđ idem in iudicio capitis durum atq; iniquū eſt. tamē ſic reperietis: frequētio
res pont. de mea domo, q̄ vnq̄ de cerimoniis virginū iudicaſſe. Poſtero die frequētiſſimus ſe-
natus te conſule deſignato Lentule ſentētiæ principe, P. Lentulo, & Q. Metello Conſſ. referen-
tibus, ſtatuit, cū omnes pōtifices qui erāt huius ordinis adeſſent: cūq; alii qui honoribus Po
puli Ro. antecedebāt, multa de collegii iudicio verba feciſſent, oēſq; iidē ſcribēdo adeſſent: do
mū meam iudicio pontificum religione liberatam videri. De hoc igitur loco ſacro potiſſimū
videntur Aruſpices dicere, qui locus ſolus ex priuatis locis omnibus hoc præcipue ius ha-
bet, vt ab ipſis, qui ſacris præſunt, ſacer non eſſe iudicatus ſit. Verum referte qđ ex S.C. face-
re debetis: aut vobis cognitio dabitur, qui primi de hac domo ſententiam dixiſtis, & eam re
ligione omni liberaſtis: aut ſenatus ipſe iudicabit, qui vno ſolo illo Antiſtite ſacrorū diſſen-
tiente frequentiſſimus antea iudicauit: aut id qđ certe fiet, ad Pont. reiicietur, quorū aucto-
ritati, fidei, prudentiæ maiores noſtri ſacra religioneſq; & priuatas & publicas cōmendarūt.
quid ergo hi poſſunt aliud iudicare, ac iudicauerūt? Multæ ſunt domus in hac vrbe, P.C. at
q; haud ſcio an pene cunctę iure optimo, ſed tamen iure priuato, iure hęreditario, iure aucto
ritatis, iure mancipii, iure nexi: nego eſſe vllam domū aliā, priuato eodē quoq; optima lege,
publico vero om̄i p̄cipuo & humano & diuino iure munitā. q̄ primū ædificat̄ ex auctoritate
ſenatus pecunia publica: deinde cōtra vim nefariā huius gladiatoris tot ſenatuſcōſultis mu-
nita, atq; ſepta eſt. Primū negotium hiſdem magiſtratibus eſt datum anno ſuperiore, vt cura
rent, vt ſine vi mihi ædificare liceret, quibus in maximis periculis vniuerſa Reſpublica com
mendari ſolet. deinde cū ille ſaxis, & ignibus, & ferro vaſtitatē meis ædibus intuliſſet, decre-
uit ſenatus eos qui id feciſſent, lege de vi, quæ eſt in eos qui vniuerſam Rēpublicā oppugnaſ
ſent, teneri. Vobis vero referentibus o poſt hominū memoriā fortiſſimi atq; optimi cōſules,
decreuit idē ſenatus frequētiſſimus: qui meam domū violaſſet, cōtra Rēpublicā eſſe facturū.
Nego vllo de ope publico, de monimēto, de tēplo, tot ſenat[9] extare cōſulta, quot de mea do
mo: quā ſenatus vnā, poſt hāc vrbē cōſtitutā, ex ærario ædificādā, a Pontificibus liberandā, a
magiſtratibus defendēdā, a iudicibus puniēdā putaret. P. Valerio pro maximis in Rēp. be-
neficiis data domus eſt ī villa publica. at mihi in palatio reſtituta. illi locus. at mihi parietes
atq; tectū. illi quā ipſe priuato iure tueret̄, mihi quā publice magiſtratus oēs defenderēt. Quę
quidē ego, ſi aut p me, aut ab aliis haberē, nō p̄dicarē apud vos, ne nimis gloriari viderer. ſed
cū ſint mihi data a vobis, cū ea attētētur eius lingua, cuius antea manu euerſa vos mihi & li
beris meis, manib[9] veſtris reddidiſtis: nō ego de meis, ſed de factis veſtris loquor: nec vereor,
ne hęc mea veſtrorꝫ beneficiorꝫ p̄dicatio, nō grata potius, q̄ arrogans videat̄. Q̄ꝫq̄ ſi me tan-
tis laboribus perfunctū, efferret aliquando ad gloriam in refutandis maledictis improborum
hominū tamen animi quidam dolor, quis non ignoſceret? Vidi enim heſterno die quendam
murmurantem: quem aiebant negare, ferre me poſſe, quia cum ab hoc eodē impuriſſimo par
ricida rogarer, cuius eſſem ciuitatis: reſpondi me probantibus & vobis & equitibus Ro. eius
eſſe, quæ carere me non potuiſſet. Ille, vt opinor, ingemuit. Quid igitur reſponderem? quæ-
Literate reſpōdere. ro ex eo ipſo, qui ferre me non poteſt. me ciuem eſſe Romanum? literate reſpondiſſem. an ta-
cuiſſem? deſertum negotium. poteſt quiſq̄ vir in rebus magnis cū inuidia verſatus, ſatis gra-
uiter cōtra inimici contumeliam ſine ſua laude reſpondere? At ipſe non modo reſpondet qc
quid poteſt, cū eſt laceſſitus: ſed etiā gaudet, ſe ab amicis quid reſpōdeat, admoneri. Sed qm̄
mea cauſa expedita eſt, videamus nūc, quid Aruſpices dicāt. Ego em̄ fateor me & magnitudi
ne oſtēti, & grauitate reſpōſi, & vna, atq; cōſtāti Aruſpicū voce eſſe p̄motū. Neq; is ſum, q ſi
cui forte videor plus q̄ cęteri, q æque atq; ego, ſunt occupati, verſari ī ſtudio literarū, his de-
lecter, aut vtar oīno literis, q̄ noſtros animos deterrēt, atq; auocāt a religione. Ego vero pri-
mū habeo auctores, ac magiſtros religionū colēdarū maiores noſtros: quorꝫ mihi fuiſſe tāta
ſapiētia videt̄, vt ſatis ſupq; prudētes ſint, qui illorꝫ prudētiā nō dicā aſſequi, ſed quāta fue-
Priſcorum Ro. ſtudiū religionis. rit, perſpicere poſſint. qui ſtatas ſolenniſq; cerimonias, pontificatu: rerum bene gerendarum
auctoritates, augurio: fatorum veteres pręedicationes Apollinis, vatum libris: portentorum
explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putarunt. quæ quidem tanta eſt, vt noſtra
memoria primum Italici belli funeſta principia, poſt Syllani Cinnaniq; temporis extremum
pęne diſcrimen, tum hanc recentem vrbis inflammandæ, delendiq; imperii coniurationem

non obſcure nobis pauloante prędixerint. Deinde etiã cognoui multa hoĩes doctiſſimos ſa-
pientiſſimoſq;, & dixiſſe, & ſcripta de deorũ immortaliũ numine reliquiſſe: quę q̃q̃ diuinitus
perſcripta video, tñ eiuſmodi ſunt, vt ea maiores noſtri docuiſſe illos, nõ ab illis didiciſſe vi
deantur. etenim quis eſt tã vecors? qui aut cũ ſuſpexerit in cælũ, deos eſſe nõ ſentiat? & ea, q̃
tanta mente fiunt, vt vix quiſq̃ arte vlla ordinẽ rerum ac viciſſitudinẽ perſequi poſſit, caſu
fieri putet? aut cũ deos eſſe intellexerit, non intelligat eorũ numine hoc tantũ imperium eſſe
natũ, & auctũ, & retentũ? Q̃z volumus P.C. licet ipſi nos amemus, tñ nec numero Hiſpanos,
nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Gręcos, nec deniq; hoc ipſo huius gen
tis ac terrę domeſtico natiuoq; ſenſu Italos ipos, ac Latinos, ſed pietate, ac religione, atq; hac
vna ſapientia, q; deorũ immortaliũ numine oĩa regi, gubernariq; perſpeximus, oẽs gẽtes na-
tioneſq; ſuperauimus. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibete aĩos: & mẽtes ve
ſtras, non ſolũ aures, ad Aruſpicũ vocẽ admouete: q; in agro Latinięſi auditus eſt ſtrepitus cũ
fremitu. mitto Aruſpices: mitto illã veterẽ ab ipſis diis immortalibus, vt hoĩm fama eſt, He-
trurię datã diſciplinã: nos nõne Aruſpices eſſe poſſumus? Exauditus in agro ꝓpinquo, & ſub
urbano eſt ſtrepitus quidã recõditus, & horribilis fremitus armorũ. quis eſt ex gigantibus il
lis, quos poetę ferunt bellũ diis immortalibus intuliſſe, tã impius: qui hoc tã nouo tãtoq; mo
tu non magnũ aliquid deos populo Ro. ꝓmonſtrare & ꝓcinere fateat̃? de ea re ſcriptũ eſt, po-
ſtulationes decretas eſſe Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri, diis cęleſtibus. audio quib⁹ diis vio
latis expiatio debeat̃. ſed hominũ ob quę delicta quęro. ludos minus diligenter factos, pollu-
toſq;. quos ludos? te appello Lentule: tui ſacerdotii ſunt tenſę, curricula, ꝓcentio, ludi, libatio
nes, epulęq; ludorũ: P.C. voſq; põtifices, ad quos Epulones Iouis Optimi Max. ſi quid eſt prę
termiſſum, aut cõmiſſum, afferũt, quorũ de ſententia illa eadẽ renouata, atq; inſtaurata cele-
brant̃: qui ſunt ludi minus diligẽter facti? quãto aut quo ſcelere polluti? Reſpõdebis & pro te
& pro collegis tuis, & pro pontificũ collegio, nihil cuiuſq̃ aut neglıgẽtia contẽptũ, aut ſcele
re eſſe pollutũ: oĩa ſolẽnia ac iuſta ludoꝶ, oĩbus reb⁹ ſumma cũ cerimonia eſſe ſeruata. Quos
igit̃ Aruſpices ludos minus diligẽter factos polluroſq; eſſe dicunt? eos, quorũ ipſi dii immor
tales, atq; illa mater dea, te te Cn. Lentule, cuius ab auia manibus eſſet accepta, ſpectatorẽ eſſe
voluit: q; ni tu Megaleſia illo die ſpectare voluiſſes, haud ſcio an viuere nobis, atq; his de re-
bus iam queri liceret. vis eñ innumerabilis incitata ex oĩbus vicis collecta ſeruorum, ab hoc
ędili religioſo repente fornicibus, oſtiiſq; oĩbus in ſcenã ſigno dato immiſſa irrupit. tua tum
tua Cn. Lentule eadẽ virtus fuit, quę priuato quondã tuo proauo. te, nomen, imperiũ, vocẽ,
aſpectũ tuũ ſtans ſenatus, Equites Romani, & oẽs boni ſequebant̃, cũ ille ſeruorũ eludentium
multitudini S.P.Q.R. vinctũ ipſo conſeſſu, & cõſtrictũ ſpectaculis, atq; impeditũ turba & an-
guſtiis tradidiſſet. An ſi ludus cõſtitit, aut tibicen repente cõticuit, aut puer ille patrimus &
matrimus ſi terrã nõ tenuit, aut tenſam, aut lorũ omiſit: aut ſi ędilis verbo, aut ſi nutu aberra
uit: ludi ſunt nõ rite facti? eaq; errata expiant̃? & mentes deorũ immortaliũ ludorũ inſtaura-
tione placant̃? ſi ludi ab lętitia ad metũ traducti ſunt: ſi non intermiſſi, ſed perempti, atq; ſub
lati ſunt: ſi ciuitati vniuerſę ſcelere eius, q̃ ludos ad luctũ conferre voluit, extiterunt dies illi
pro feſtis pene funeſti: dubitabimus quos ludos ille fremitus nũciet eſſe pollutos? Ac ſi volu-
mus ea, quę de quoq; deo nobis tradita ſunt, recordari, hãc matrẽ magnã, cuius ludi violati,
polluti, pene ad cędẽ & ad funus ciuitatis conuerſi ſunt, hanc inquã accepimus agros & ne-
mora cũ quodã ſtrepitu fremituq; peragrare. hęc igitur vobis, hęc populo Ro. & ſcelerum in
dicia oſtendit, & periculorũ ſigna patefecit. nam quid ego de illis ludis loquar? quos in pala-
tio noſtri maiores ante templũ, in ipſo matris magnę cõſpectu Megalenſibus fieri celebrariq;
voluerunt: qui ſunt more inſtitutiſq; maxime caſti, ſolẽnes, religioſi. quibus ludis primũ ante
populi conſeſſum ſenatui locũ P. Aphricanus iterũ conſul ille maior dedit: vt eos ludos hæc
lues impura pollueret? quo ſi quis liber aut ſpectandi, aut etiã religionis cauſa acceſſerat, ma
nus afferebant̃. quo matrona nulla adiit propter vim cõſeſſumq; ſeruorũ. Ita ludos eos, quo-
rum religio tanta eſt, vt ex vltimis terris accerſita in hac vrbe cõſederit: qui ludi ne vno qui
dem verbo appellant̃ Latino, vt vocabulo ipſo, & appetita religio externa, & matris magnæ
noĩe ſuſcepta declaret̃: hos ludos ſerui fecerũt, ſerui ſpectauerũt, tota deniq; hoc ędile ſeruo-
rum Megaleſia fuerunt. Pro dii immortales, qui magis nobiſcũ loqui poſſetis, ſi eſſetis, verſa
reminiq; nobiſcũ? ludos eſſe publicos pollutos ſignificatis, ac plane dicitis. quid magis defor-
matum, inquinatũ, peruerſum, conturbatũ dici poteſt? q̃ omne ſeruitiũ permiſſu magiſtratus

Deos eſſe.

Latinienſis ager.

Poſtulationes decretę

Pręcentio.

Epulones Iouis.

Præter miſſum, aut cõmiſſum.

Solẽnia ludorum.

Megaleſia.

Patrimus puer & matrimus.

Magna Mater.

# Oratio

lĭberatum in alterã ſcenã immiſſum,alteri prępoſitũ:vt alter conſeſſus poteſtati ſeruorũ ob-
iiceret,alter ſeruorũ totus eſſet?Si examen apũ ludis in ſcenã veniſſet,Aruſpices acciẽdos ex
Hetruria putaremꝰ.videmꝰ vniuerſi repẽte examina tãta ſeruorũ immiſſa in populũ Ro. ſe
ptũ atq; ĩclusum,& nõ cõmouemur?Atq; in apũ fortaſſe examine, nos ex Hetruſcorũ ſcriptis
Aruſpices,vt a ſeruitio caueremus monerẽt.qđ igit̃ ex aliquo diſiuncto,diuerſoq; mõſtro ſi-
gnificatum caueremus,id cũ monſtrũ ſibi ipſum eſt,& cũ in eo ipſo periculũ eſt,ex quo peri-
culũ portendit̃,nõ pertimeſcemus?Iſtiuſmodi Megaleſia fecit pater tuus?iſtiuſmodi patruus?
Is mihi etiã generis ſui mentionẽ facit, cum Athenionis,aut Spartaci exemplo ludos facere
maluerit,q̃ C.aut Appii Claudiorũ.Illi cũ ludos facerent,ſeruos de cauea exire iubebant. tu
in alterã ſeruos immiſiſti,ex altera liberos eiecisti. Itaq; qui antea voce ꝑconis a liberis ſemo
uebant̃,tuis ludis non voce,ſed manu liberos a ſe ſegregabant. Nc hoc quidẽ tibi in mẽtẽ ve
niebat Sibyllino ſacerdoti,hęc ſacra maiores noſtros ex veſtris libris expetiſſe: ſi illi ſunt ve-
ſtri,quos tu impia mẽte cõquiris,violatis oculis legis,cõtaminatis manibꝰ attrectas.Hac igit̃
vate ſuadẽte quondã,defeſſa Italia Punico bello,atq; Annibale vexata,ſacra iſta maiores no-
ſtri aſcita ex Phrygia Romę collocauerũt:q̃ vir is accepit,qui eſt optimus a populo Ro.iudi
catus,P.Scipio:fœmina aũt q̃ matronarũ caſtiſſima putabat̃,Q. Claudia,cuius priſcã illã ſe-
ueritatẽ ſacrificii tua ſoror mirifice exiſtimat̃ imitata.Nihil te igit̃, neq; maiores tui cõiũcti
cũ his religionibꝰ,neq; ſacerdotiũ ipm,quo eſt hęc tota religio cõſtituta,neq; curulis ędilitas
q̃ maxime hãc tueri religionẽ ſolet,permouit, quo minꝰ caſtiſſimos ludos omni flagitio pol-
lueres,dedecore maculares,ſcelere obligares?Sed qd ego id admiror? qui accepta pecunia Peſ

Peſſimꝰ domiciliũ matris deorũ.

ſimuntẽ ipſum,ſedẽ domiciliũq; matris deorũ,vaſtaris: & Brogitaro Gallogręco impuro ho
mini ac nefario totũ illũ locũ fanũq; vẽdideris:ſacerdotẽ ab ipſis aris puluinaribuſq; detraxe
ris:oĩa illa,quę vetuſtas,q̃ Perſę,quę Syri,quę reges oẽs,qui Europã Aſiãq; tenuerũt,ſemper
ſumma religione coluerũt,peruerteris?quę deniq; noſtri maiores tã ſancta duxerunt,vt cum
refertã vrbẽ atq; Italiã fanorũ haberemus,tñ noſtri imperatores maximis & periculoſiſſimis
bellis huic deę vota facerent,eaq; in ipſo Peſſimũte,ad illã ipſam principẽ aram, & in illo lo-

Deiotarus.

co fanoq; perſoluerẽt.Qđ cũ Deiotarus religione ſua caſtiſſime tueret̃,quẽ vnũ habemus in
orbe terrarũ fideliſſimũ huic iperio atq; amãtiſſimũ noſtri noĩs,Brogitaro,vt ante dixi,addi
ctũ pecunia tradidiſti.Atq; hũc tñ Deiotarũ ſępe a ſenatu regali noĩe dignũ exiſtimatũ,clariſ
ſimorũ imperatorũ teſtimoniis ornatũ,tu etiã regẽ appellari cũ Brogitaro iubes.Sed alter eſt
Rex iudicio ſenatus per nos,pecunia Brogitarus ꝑ te appellatꝰ.alterũ putabo regẽ,ſi habue-
rit,vnde tibi ſoluat,qđ ei per ſyngraphã credidiſti.nã cũ multa regia ſunt in Deiotaro, tum
illa maxime,ꝙ tibi nullũ munus dedit:ꝙ eam partẽ legis tuę,quę congruebat cũ iudicio ſena
tus,vt ipſe Rex eſſet,nõ repudiauit:ꝙ Peſſimuntẽ per ſcelus a te violatũ,& ſacerdote ſacriſq;
ſpoliatum recuperauit,vt in priſtina religione ſeruaret: ꝙ cerimonias ab omni vetuſtate ac-
ceptas,a Brogitaro pollui non ſinit,mauultq; generũ ſuum munere tuo,q̃ illud fanũ antiqui
tate religionis carere.Sed vt ad hæc Aruſpicũ reſponſa redeã, ex quibus eſt primũ de ludis:
quis eſt,qui id non totũ in iſtius ludos prædictũ,& reſpõſum eſſe fateatur? Sequitur de locis
ſacris,religioſis.O impudentiã miram.de mea domo dicere audes?cõmitte vel cõſulibus, vel
ſenatui,vel collegio pontificum tuã.At mea quidẽ his tribus omnibꝰ iudiciis,vt dixi antea,
liberata eſt.At in his ædibus,quas tu Q.Syro Equite Ro.viro optimo per te apertiſſime in-

Sacellum.

terfecto tenes,ſacellum dico fuiſſe,aras.tabulis hoc cenſorũ, memoria multorum firmabo,ac
docebo.agat̃ modo hęc res,ꝙ ex eo S.C.qđ nuper eſt factũ,referri ad vos neceſſe eſt, habeo q̃
de locis religioſis velim dicere,cũ de domo tua dixero.in qua tñ ita eſt inędificatũ ſacellum,
vt alius fecerit,tibi tantũmodo ſit demoliendũ.tum videbo num mihi neceſſe ſit de aliis etiã

Armamẽtarium Telluris.

aliqd dicere.putant eñ nõnulli ad me pertinere armamentariũ Telluris aperire. nuper id pa
tuiſſe dicunt,& ego recordor.nunc ſanctiſſimã partẽ, ac ſedẽ maximæ religionis priuato di-
cunt veſtibulo contineri.multa me mouẽt:ꝙ ædes Telluris eſt curationis meę: ꝙ is qui illud

Poſtulatio.

armentariũ ſuſtulit,meã domum Pontificũ iudicio liberatam,ſecundũ fratrem ſuũ iudicatã

Mortales a diis immortalibus nihil vſu capere debẽt.

eſſe dicebat.mouet me etiã in hac caritate annonę,ſterilitate agrorum, inopia frugũ, religio
Telluris,& eo magis,ꝙ eodem oſtento Telluri poſtulatio deberi dicitur. Vetera fortaſſe lo-
quimur:q̃q̃ hoc ſi minus ciuili iure perſcriptũ eſt,lege tamen naturę, cõmuni iure gentium
ſancitũ eſt,vt nihil mortales a diis immortalibus vſu capere poſſint. verũtamen antiqua ne-
gligimus,etiam ne ea negligemus,quę fiũt maxime?quę videmus?L.Piſonem quis neſcit his

ĩpſis tẽporibus maximũ & ſanctiſſimũ Dianę ſacellũ in Cœliculo ſuſtuliſſe? adſunt vicini eius loci, multi ſunt etiã in hoc ordine, qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello, ſtatuto loco an niuerſaria factitarint. & cõquirimus dii immortales q̃ loca deſiderẽt, quid ſignificent, de quo loquant̃? A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incẽſa, inędificata, oppreſſa, ſumma deniq; turpitudine eſſe fœdata neſcimus? tu meã domũ religioſam facere potuiſti? & qua mente? quã amiſeras. qua manu? qua diſturbaras. qua voce? qua incẽdi iuſſeras. qua lege? quã ne in illa qui dem impunitate tua ſcripſeras. quo puluinari? qđ ſtupraras. quo ſimulacro? qđ ereptũ ex me retricis ſepulcro imperatoris monimẽto collocaras. Quid habet mea domus religioſi? niſi ꝙ impuri & ſacrilegi parietem tangit? Itaq; ne quis meorũ imprudens introſpicere poſſit tuam domũ, ac te ſacra illa tua facientẽ videre, tollam altius tectum, nõ vt ego te deſpiciam, ſed tu ne aſpicias vrbem eã, quã delere voluiſti. Sed iam Aruſpicũ reliqua reſponſa videamus. Ora tores, contra ius faſq; interfectos. quid eſt hoc? de Alexandrinis video eſſe ſermonẽ. quem ego non refuto. ſic eñ ſentio, ius legatorũ cum hominũ pręſidio munitũ ſit, tum etiam diuino iu re eſſe vallatum. ſed quęro ab illo, qui oẽs iudices tribunus e carcere in forũ effudit, cuius ar bitrio ſicę oẽs nũc, atq; oĩa venena tractant̃, qui cũ Hermacho Chio ſyngraphas fecit, ecquid ſciat vnum acerrimũ aduerſariũ Hermachi Theodoſiũ Legatũ ad ſenatũ a ciuitate libera miſ ſum ſica percuſſum? qđ nõ minus q̃ de Alexãdrinis indignũ diis immortalib9 eſſe viſum cer te ſcio. Nec cõfero nunc in te vnũ oĩa. ſpes maior eſſet ſalutis, ſi p̃ter te nemo eſſet impurus. plures ſunt. hoc & tu cõfidis magis, & nos prope iure diffidimus. quis Platonẽ ex Oreſtide, q̃ pars Macedonię libera eſt, hominẽ in illis locis clarũ, ac nobilẽ, legatum Theſſalonicã ad no ſtrum (vt ſe ipſe appellauit) imperatorẽ veniſſe neſcit? quẽ ille propter pecuniã, quã ab eo ex torquere nõ poterat, in vincula coniecit, & medicũ intromiſit ſuũ, qui legato, ſocio, amico, li bero fœdiſſime & crudeliſſime venas inciderit. ſecures ſuas cruẽtari ſcelere noluit. nomẽ qui dem populi Ro. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit niſi ipſius ſupplicio expiari. Quales hũc carnifices putamus habere? q etiã medicis ſuis nõ ad ſalutẽ, ſed ad necẽ vtat̃? Sed recitem9 qđ ſequat̃. Fidẽ & iuſiurandũ neglectũ. hoc quid ſit, per ſe ipſum nõ facile interp̃tor, ſed ex eo, qđ ſequit̃, ſuſpicor de tuorũ iudicũ manifeſto periurio dici. q̃bus olim erepti eſſent nummi, niſi a ſenatu pręſidiũ poſtulaſſent. quare autẽ de his dici ſuſpicer, hęc cauſa eſt, ꝙ ſic ſtatuo: & illud in hac ciuitate eſſe maxime illuſtre, atq; ĩſigne periuriũ: & te ipſum tñ in per iuriũ impune ab his q̃buſcũ cõiuraſti, nõ vocari: & video in Aruſpicũ reſpõſis hęc eſſe ſubiũ cta. Sacrificia vetuſta, occultaq; minus diligẽter facta, pollutaq;. Aruſpices hęc loquunt̃? an pa trii penateſq; dii? multi ſunt eñ credo, in quos huius maleficii ſuſpitio cadat. quis p̃ter hunc vnũ? obſcure dicit̃, quę ſacra polluta ſunt? quid planius? quid graui9? quid religioſius dici po teſt? vetuſta, occultaq;. nego vlla verba Lentulũ grauem oratorẽ, ac diſertum ſępius, cũ te ac cuſaret, vſurpaſſe, q̃ hęc, q̃ nunc ex Hetruſcis libris in te cõuerſa atq; interpretata dicunt̃. Et eñ qđ ſacrificiũ tam vetus eſt, q̃ hoc, qđ a regibus ęquale huic vrbi accepimus? qđ autẽ tam occultũ, q̃ id, qđ non ſolũ curioſos oculos excludit, ſed etiã errantes? quo nõ modo improbi tas, ſed ne imprudẽtia quidẽ poſſit intrare? quod quidẽ ſacrificiũ nemo niſi P. Clodius omni memoria violauit, nemo vnq̃ adiit, nemo neglexit, nemo vir aſpicere nõ horruit: qđ fit ꝑ vir gines Veſtales, fit pro populo Ro. fit in ea domo, quę eſt in imperio, fit ĩcredibili cerimonia, fit ei deę, cuius ne nomen q̃dẽ viros ſcire fas eſt: quã iſte idcirco bonã ducit, ꝙ in tãto ſibi ſce lere ignouerit. nõ ignouit, mihi crede: nõ. niſi forte tibi ignotũ putas, ꝙ te iudices dimiſerũt excuſſum, & exhauſtũ, ſuo iudicio abſolutũ, oĩm cõdemnatũ. aut ꝙ oculos, vt opinio illius re ligionis eſt, nõ perdidiſti. quis eñ ante, ſacra illa vir ſciens viderat? vt quiſq̃ pœnã, quę ſeque retur illud ſcelus, ſcire poſſet? An tibi luminis obeſſet cęcitas plus, q̃ libidinis? ne id quidẽ ſen tis, conniuentis illos oculos abaui tui magis optãdos fuiſſe, q̃ os flagrãtis ſororis? tibi vero ſi diligenter attenderis, intelliges hominũ pœnas deeſſe adhuc, non deorũ. homines te in re fœdiſſima defenderunt: hoĩes turpiſſimũ, nocentiſſimũq; laudarunt: hoĩes propter pecuniam iudicio liberauerũt: hoĩbus iniuria tui ſtupri illata, in ipſos, dolori non fuit: hoĩes tibi arma, alii in me, alii poſt in illũ inuictum ciuẽ dederunt: hominũ beneficia prorſus concedo tibi, ac maiora nõ eſſe quęrenda. A diis quidẽ immortalibus quę poteſt homini maior eſſe pœna, fu rore, atq; dementia? niſi forte in Tragœdiis, quos vulnere ac dolore corporis cruciari, ac cõſu mi vides, grauiores deorum immortaliũ iras ſubire, q̃ illos, qui furentes inducuntur, putas. Non ſunt illi eiulatus & gemitus Philoctetę tã miſeri (q̃q̃ ſunt acerbi) q̃ illa exultatio Atha

Gentilitia ſacrificia anniuerſaria.

*

Sacrificiũ ęquale vrbi

Sacra Bonę Deæ.

Furor pœna maxima

Matricidȩ. mantis,& q̃ ſomniũ matricidarũ.tu cũ furiales in concionibus voces mittis,cũ domos ciuiũ
euertis,cũ lapidibus optimos viros foro pellis, cũ ardẽtis faces in vicinorũ tecta iactas,cum
ȩdes ſacras inflãmas,cũ ſeruos cõcitas,cũ ſacra ludoſq; conturbas,cũ vxorem ſororẽq; nõ diſ
cernis, cũ q̄d ineas cubile nõ ſentis,cũ baccharis,cũ furis,tum das eas pœnas, quæ ſunt ſolæ
Corporis humani in firmitas. hominũ ſceleri a diis immortalibus conſtitutȩ.nam corporis quidẽ noſtri infirmitas multos
ſubit caſus per ſe.deniq; ipſum corpus tenuiſſima ſȩpe de cauſa conficit. deorũ tela in impio
rum mentibus figunt.quare miſerior es,cũ in oẽm fraudẽ raperis oculis, q̃ ſi omnino oculos
nõ haberes.Sed quoniã de his oĩbus,quȩ Aruſpices omiſſa eſſe dicunt,ſatis eſt dictũ, videa-
mus,quid iidẽ Aruſpices a diis iam immortalibus dicãt moneri. Monẽt,ne ꝑ optimatiũ diſ
cordiam,diſſenſionẽq;,patribus,principibuſq; cædes, periculaq; creentur, auxilioq; diminuti
deficiant:quare ad vnũ imperiũ prouincię redeant,exercituſq; pulſus, diminutioq; accedat.
Addo de meo. Aruſpicũ verba ſunt hȩc oĩa.nihil addo de meo. Quis igitur hãc optimatiũ diſcordiam mo
litur?idem iſte.nec vlla vi ingenii,aut conſilii ſui,ſed quodã errore noſtro:quẽ quidem ille,ꝙ
obſcurus nõ erat,facile perſpexit.hoc em̃ etiã turpius afflictat̃ reſpublica,ꝙ ne ab eo quidem
vexat̃,vt tanq̃ fortis in pugna vir,acceptis a forti aduerſario vulneribus aduerſis hoĩes cede
re videant̃.Ti.Gracchus cõuellit ſtatũ ciuitatis,qua grauitate vir?qua eloquẽtia?qua digni-
Prȩſtabilis virtus. tate?nihil vt a patris,auiq; Aphricani p̄ſtabili inſigniq; virtute,præterq̃ ꝙ a ſenatu deſciue-
rat,deflexiſſet.ſecutus eſt C.Gracchus,quo ingenio?quanta vi?quanta grauitate dicẽdi?vt do
lerent boni oẽs,nõ illa tanta ornamẽta ad meliorẽ mentẽ,voluntatẽq;,eſſe conuerſa.ipſe L.Sa
turninus ita fuit effrenatus,& pene demẽs,vt auctor eſſet egregius,& ad animos imperitorũ
excitandos inflãmandoſq; perfectus.Nã quid ego de P. Sulpitio loquar?cuius tãta in dicẽdo
grauitas,tanta iucũditas,tanta breuitas fuit,vt poſſet,vel vt prudentes errarent,vel vt boni
minus bene ſentirent,perficere dicendo.Cũ his conflictari,& pro ſalute patrię quotidie dimi
care,erat oĩno illis,qui tum rẽp.gubernabãt,moleſtũ.ſed habebat ea moleſtia quãdã tñ digni
tatẽ.Hic vero,de quo ipe tã multa nũc dico,pro' dii immortales q̄d eſt?quid valet?q̄d affert?
Dii omen obruant. vt tãta ciuitas ſi cadet,q̄d dii omen obruãt,a viro tñ tali cõfecta videat̃.qui poſt patris mor-
Aetatula. tẽ,primã illã ȩtatulã ſuã ad ſcurrarũ locupletũ libidines detulit.quorũ intẽperantia expleta,
Germanitas. in domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus. deinde iã robuſtus, ꝓuincię ſe ac rei milita
ri dedit,atq; ibi piratarũ cõtumelias ꝑpeſſus eſt,Cilicũ libidines Barbarorũq; ſatiauit.poſt ex
Prȩuaricatori. ercitu L.Luculli ſollicitato ꝑ nefandũ ſcelus fugit illinc,Romȩq; recẽti aduẽtu ſuo cũ propin
quis ſuis decidit,ne reos faceret:a Catilina pecuniã accepit,vt turpiſſime p̄uaricaret̃. inde cũ
Murena ſe in Galliã contulit,in qua prouincia mortuorũ teſtamenta conſcripſit,pupillos ne
cauit,nefarias cũ multis ſcelerum pactiones ſocietateſq; conflauit.inde vt rediit, Quȩſturam
illam maxime fœcundã,vberẽq; ea tẽpeſtate,in totũ ad ſe ita redegit,vt homo popularis frau
daret improbiſſime populũ,idẽq; vir clemẽs diuiſores oĩm tribuũ domi ipſe ſuȩ crudeliſſima
morte mactaret.Exorta eſt illa reip.ſacris,religionibꝰ,auctoritati veſtræ,iudiciis publicis fu-
neſta Quȩſtura:in qua idẽ iſte deos,hominesq;,pudorẽ,pudicitiã,Senatus auctoritatem,ius,
* fas,leges,iudicia,violauit.Atq; hic ei gradus(o miſera tempora,ſtultaſq; noſtras diſcordias)
P.Clodio gradus ad rẽpu.hic primus eſt aditus ad popularẽ iactationẽ atq; aſcenſus. Nã Ti.
Graccho inuidia Numãtini fœderis,cui feriẽdo Quȩſtor C.Mancini Conſ.cũ eſſet,interfue-
rat,& in eo fœdere improbãdo ſenatus ſeueritas dolori,& timori fuit: iſtaq; res illũ fortẽ &
clarũ virũ a grauitate patrũ deſciſcere coegit. C.autẽ Gracchũ mors fraterna,pietas, dolor,
magnitudo animi,ad expetendas domeſtici ſanguinis pœnas excitauit. Saturninũ,ꝙ in anno
nȩ caritate Quȩſtorẽ a ſua frumentaria procuratione ſenatus amouit,eiq; rei M.Scaurũ præ
fecit,ſcimus,dolore factũ eſſe popularẽ.Sulpitiũ ab optima cauſa profectũ,C.q; Thũſcio con
ſulatum cõtra leges petenti,reſiſtentẽ, longius q̃ voluit popularis aura prouexit.Fuit in his
Nulla iuſta cauſa eſſe poteſt male de rep. merenti. oĩbus cauſa, etſi non iuſta(nulla em̃ poteſt cuiq̃ male de rep.merenti iuſta eſſe cauſa) grauis
tamen,& cũ aliquo animi & iuris dolore coniuncta.P.Clodius a coma,a mitra, a muliebribꝰ
ſoleis,purpureiſq; faſciolis,a ſtrophio,a pſaltrio,a flagitio, a ſtupro eſt factus repente popu-
laris.niſi eum mulieres exornatum ita deprehendiſſent: niſi ex eo loco,quo eũ adire fas non
fuerat,ancillarũ beneficio emiſſus eſſet:populari homine populus Ro. reſpublica ciue tali ca
Soleæ. reret.Hãc ob amentiã in diſcordiis noſtris,de quibꝰ ipſis,his prodigiis recẽtibus a diis imor
Strophiũ. talibus admonemur,arreptꝰ eſt,vnꝰ ex patriciis,cui tri.pl.fieri nõ liceret.q̄d anno ante frater
Pſaltriũ. Metellus,& concors etiã tũ ſenatus prĩcipi Gn.Põpeio ſentẽtiã dicẽti,excluſerat, acerrimeq;

vna voce ac mente reſtiterat,id poſt diſſidiũ optimatiũ,de quo ipſo nunc monemur,ita perturbatũ itaq; permutatũ eſt:vt qd frater cõſul ne fieret obſtiterat:qd affinis,& ſodalis clariſſimus vir,qui illũ reũ non laudarat,excluſerat:id is conſul efficeret in diſcordiis principum, qui illi vnus inimiciſſimus eſſe debuerat:& eo feciſſe auctore ſe diceret,cuius auctoritatis nominẽ poſſet pœnitere.iniecta eſt fax fœda,ac luctuoſa reipublicę,petita eſt auctoritas veſtra, grauitas ampliſſimorũ ordinũ,conſenſio bonorũ omniũ,totus deniq; ciuitatis ſtatus.hęc eñ certe petebanť,cum in me cognitorẽ harũ omniũ rerũ,illa flamma illorũ temporũ coniiciebatur.excepi,& pro patria ſolus exarſi.ſic tñ,vt vos iiſdem ignibus circũſepti,me primũ ictũ pro vobis,& fumantẽ videretis.non ſedabanť diſcordię,ſed etiã creſcebat in eos odiũ,a quibus defendi putabamur.ecce iiſdẽ auctoribus,Pompeio principe,qui cupientẽ Italiam,populum Ro.deſiderantẽ,flagitantes vos,non auctoritate ſua ſolũ,ſed etiã precibus ad meam ſalutem excitauit,reſtituti ſumus.ſit diſcordiarũ finis aliquãdo,a diuturnis diſſenſionibus cõquieſcamus.non finit eadẽ iſta labes:ea facit conciones,ea miſcet,ea turbat, vt modo vendat illis:nec tñ ita,vt ſe quiſq;,ſi ab iſto laudatus ſit,laudatũ putet:ſed vt eos, quos nõ amant, ab eodem gaudeant vituperari.Atq; ego hunc nõ miror.quid eñ faciat? at illos hoĩes ſapientiſſimos,grauiſſimoſq; miror. primũ q; quẽq; clarũ hominẽ,atq; optime de republica meritũ impuriſſimi voce hoĩs violari facile patiunť.deinde q; exiſtimant perditi hoĩs profligatiq; maledictis poſſe id qd minime conducit ipſis,cuiuſq; gloriã dignitatẽq; violari.poſtremo q; non ſentiunt id,qd tñ mihi iam ſuſpicari videnť,illius furentes, ac violentos impetus in ſe ipſos poſſe conuerti.atq; ex hac nimia nonnullorũ alienatione, & quibuſdã hęrentia tela in republica,quę q̃diu hęrebant in vno me,grauiter equidem,ſed aliquanto leuius ferebam.An iſte, niſi primo ſe dediſſet iis,quorũ aĩos a veſtra auctoritate ſeiũctos eſſe arbitrabamur: niſi eos in cęlum ſuis laudib⁹ pręclarus auctor extolleret:niſi exercitũ C.Cęſaris, in quo fallebat multos,ſed eũ nemo redarguebat:niſi eum inquã exercitũ ſignis infeſtis in curiã ſe immiſſurum minitareť:niſi Cn.Pompeio adiutore,M.Craſſo auctore,quę faciebat,facere clamaret:niſi conſules cauſam coniunxiſſe ſecũ,in quo vno non mentiebať,cõfirmaret:tam crudelis mei,tã ſceleratus reipublicę vexator eſſe potuiſſet?Idẽ poſteaq̃ reſpirare vos a metu cędis,emergere auctoritatem veſtrã a fluctibus illis ſeruitutis,reuiuiſcere memoriã ac deſideriũ mei vidit, vobis ſe cœpit ſubito fallaciſſime venditare.tum leges Iulias cõtra auſpicia latas,& hic,& in cõcionibus dicere:in quib⁹ legibus inerat Curiata illa lex,quæ totũ eius Tribunatũ cõtinebat, quã cęcus amentia non videbat.producebat fortiſſimũ virũ M.Bibulum: quærebat ex eo,C. Cęſare leges ferẽte de cælo ſemp ne ſeruaſſet?ſemp ſe ille ſeruaſſe dicebat. augures interrogabat,q̃ ita lata eſſent,recte ne lata eſſent?illi vitio lata eſſe dicebãt.ferebãt in oculis hoĩem q̃dã boni viri,& de me optime meriti,ſed illi⁹,vt ego arbitror,furoris ignari.lõgi⁹ ꝓceſſit.in ipm Cn.Pompeiũ auctorẽ,vt prędicare eſt ſolitus,conſiliorũ ſuorũ inuehi cœpit. inibat gratiam a nonnullis.tum vero eſt ratus,ſe poſſe,quoniã togatum domeſtici belli extinctorem nefario ſcelere fœdaſſet,illum etiã,illum externorũ bellorum,hoſtiumq; victorẽ affligere. tum eſt illa in templo Caſtoris ſcelerata & pene deletrix huius imperii ſica deprehẽſa.tum ille, cui nulla hoſtium diutius vrbs vnq̃ fuit clauſa,qui oẽs anguſtias,omnis altitudines, omniũ obiecta tela,ſemper vi & virtute perfregit,obſeſſus ipſe eſt domi,meq; nonnulla imperitorũ vituperatione,timiditatis meę,conſilio,& facto ſuo liberauit.Nam ſi Cn. Pompeio viro vni omniũ fortiſſimo,quicũq; nati ſunt,miſerrimum magis fuit,q̃ turpe,q̃diu ille tribunus ple.fuit,lucem non aſpicere,carere publico,minas eius perferre:cũ in concionibus diceret,velle ſe in Carinis ędificare alteram porticũ,quę palatio reſponderet:certe mihi exire domo mea ad priuatum dolorem fuit luctuoſum:ad rationẽ reipublicę,glorioſum. Videtis igitur hominẽ per ſe ipſum iampridẽ afflictum,ac iacentẽ,pernicioſis optimatiũ diſcordiis excitari.cuius initia furoris,diſſenſionibus eorũ,qui tum a vobis ſeiuncti videbanť, ſuſtentata ſunt.reliqua iam pręcipitantis tribunatus,etiã poſt tribunatũ obtrectatores eorũ,atq; aduerſarii defenderunt,ne a republica reip.peſtis remoueretur.reſtiterunt etiã,ne meam cauſam diceret, etiã ne priuatus eſſet.etiam in ſenatu atq; in delitiis quidã optimi viri viperam illam venenatã ac peſtiferam habere potuerunt?quo tandẽ decepti munere?volo inquiunt eſſe, qui in concione detrahat de Põpeio,detrahat ille vituperãdo? velim ſic hoc vir ſummus,ac de mea ſalute optime meritus accipiat,vt a me diciť,dicã certe qd ſentio.mihi mediuſfidius tum de illius ampliſſima dignitate detrahere,cũ maximis laudibus efferebat,videbať.vtrũ tandẽ C.Marius ſplen

Inibat gratiam a nonnullis.

Miſerrimũ magis q̃ turpe.

didior,cũ eũ C.Glaucia laudabat?an cũ eũdẽ iratus poſtea vituperabat?an ille demẽs,& iam
pridẽ ad pœnã,exitiũq; ꝑceps,fœdior,atq; inquinatior in Cn. Põpeio accuſando, q̃ vniuerſo
ſenatu vituperãdo fuit?qđ quidẽ miror,cũ alterũ gratũ ſit iratis,alterũ eſſe tã bonis ciuibus
nõ acerbũ.Sed ne id viros optimos diutius delectet,legãt hãc eius cõcionẽ,de qua loquor,in
qua Põpeiũ ornat,an potius deformat?certe laudat. & vnũ eſſe in hac ciuitate dignũ huius
Dignus imperii. imperii dicit,& ſignificat ſe illi amiciſſimũ eſſe,& reconciliationẽ eſſe gratię factã.qđ ego q̃q̃
quid ſit,neſcio:tñ hoc ſtatuo,hũc ſi amicus eſſet Põpeio,laudaturũ illũ nõ fuiſſe. quid eñ, ſi
illi certe inimiciſſimus eſſet,amplius ad eiꝰ laudẽ minuendã facere potuiſſet?Videãt ii,qui il
Cõniuere. lum Cn.Põpeio inimicũ eſſe gaudebãt,ob eãq; cauſam in tot tãtiſq; ſcelerībꝰ cõniuebãt,& nõ
nunq̃ eiꝰ indomitos atq; effrenatos furores plauſu etiã ſuo ꝓſequebant̃,q̃ ſe cito inuerterit.
nunc eñ iã laudat illũ:in eos inuehit̃,quibꝰ ſe antea vẽditabat.quid exiſtimatis eũ,ſi reditꝰ ei
gratię patuerit,eſſe facturũ?qui tã libẽter in opinionẽ gratię irrepat? Quas ego alias optima
tiũ diſcordias a diis immortalibus definiri putẽ?nã hoc quidẽ verbo neq; P.Clodius,neq; qſ-
q̃ de gregalibus eiꝰ,aut de cõſiliariis deſignat̃.habẽt Hetruſci libri certa noĩa,q̃ in id genꝰ ci-
uiũ cadere poſſunt.deteriores,repulſos(qđ iã audietis)hos appellãt,quorum & mẽtes & res
ſunt perditę,lõgeq; a cõmuni ſalute diſiũctę.Quare cũ dii imortales monẽt de optimatiũ diſ
cordiis,de clariſſimorũ & optime meritorũ ciuiũ diſſenſione ꝑdicũt: cũ principibꝰ periculũ,
cędẽq; portẽdunt,in tuto collocãt Clodiũ,qui tantũ abeſt a principibꝰ,quantũ a puris, quan
tum a religioſis.vobis o clariſſimi atq; optimi ciues,& veſtrę ſaluti cõſulendũ,& proſpiciẽdũ
vidẽt.cędes principũ oſtendit̃:id qđ interitũ optimatiũ ſequi neceſſe eſt,adiungit̃:etiam ne in
vnius imperiũ res decidat,admonemur. ad quem metum ſi deorum monitis nõ duceremur,
tñ ipſi noſtro ſenſu,cõiecturaq; raperemur.Neq;.n.vllus alius diſcordiarũ ſolet eſſe exitus in
ter claros & potẽtes viros,niſi aut vniuerſus iteritus,aut victoris dñatus,aut regnũ. Diſſen
ſit cũ Mario clariſſimo ciue,cõſul nobiliſſimus & fortiſſimꝰ L.Sylla.horũ vterq; ita cecidit vi
ctus,vt victor idẽ regnauerit.cũ Octauio Collega Cinna diſſenſit.vtriſq; horũ ſecũda fortu-
na regnũ eſt largita,aduerſa mortẽ.idẽ iterũ Sylla ſuperauit.tũ ſine dubio habuit regalẽ po-
teſtatẽ,q̃q̃ rẽp.recuperauit.Ineſt hoc tẽpore haud obſcurũ odiũ,atq; id iſitũ penitꝰ,& inuſtũ
animis hoĩm ampliſſimorũ:diſſidẽt principes,captat̃ occaſio:q nõ tantũ opibus valẽt, neſcio
quã fortunã tñ ac tẽpus expectãt:q ſine cõtrouerſia plus poſſunt,hi fortaſſe nõnunq̃ cõſilia,
ac ſentẽtias inimicorũ ſuorũ extimeſcunt.Tollat̃ e ciuitate diſcordia:iã oẽs iſti q portẽdunt̃
Emergit ſe. metus,extinguent̃:iã iſta ſerpẽs,q̃ tum hic deliteſcit,tũ ſe emergit,& fert̃ illuc,cõpreſſa, atq;
illiſa morietur.Monẽt.n.iidẽ ne occultis cõſiliis reſp.lędat̃.quę ſunt occultiora?q̃ eiꝰ q auſus in
Iuſtitium. cõcione eſt dicere,iuſtitiũ edici oportere,iuriſdictionẽ intermitti,claudi ęrariũ,iudicia tolli?
niſi forte exiſtimatis hãc tantã colluuionẽ illi,tantãq; euerſionẽ ciuitatis,in mentẽ ſubito in
roſtris nec cogitãti venire potuiſſe.eſt quidẽ ille plenus vini,ſtupri,ſomni,plenuſq; incõſide-
ratiſſimę ac demẽtiſſimę temeritatis.verũtamẽ nocturnis vigiliis,& coactione hoĩm, iuſtitiũ
illud cõceptũ ac meditatũ eſt.Memẽtote P.C.verbo illo nefario tẽtatas aures veſtras:& perni
cioſam viã,audiẽdi cõſuetudine eſſe munitã.Sequit̃ illud, ne deteriorībꝰ repulſiſq; honos au
geat̃.Repulſos videamꝰ.nã deteriores q ſint,poſt docebo.ſed tñ in eũ cadere hoc verbũ maxi
me,qui ſit vnus oĩm mortaliũ ſine vlla dubitatione deterrimus, concedẽdũ eſt. qui ſunt igit̃
repulſi?nõ vt opinor ii,qui aliquãdo honorẽ vitio ciuitatis,nõ ſuo,nõ ſunt aſſecuti. nam id
Repulſi q ſint. quidẽ multis ſępe optimis ciuibus,atq; honeſtiſſimis viris accidit.repulſi ſunt ii,quos ad oĩa
progrediẽtes,quos munera cõtra leges gladiatoria parãtes,quos apertiſſime largiẽtes, nõ ſo
lum alieni,ſed etiã ſui,vicini,Tribules,vrbani,ruſtici,repulerũt.hi ne honore augeant̃,mone
mur.Debet eſſe gratũ,qđ ꝑdicunt.ſed tñ huic malo populus Ro.ipſe, nullo Aruſpicũ admo
nitu ſua ſpõte proſpexit.Deteriores cauete.quorũ quidẽ eſt magna natio,ſed tñ eorũ omniũ
Clodii vitia. hic dux eſt,atq; princeps. Etẽi ſi hominẽ deterrimũ poeta ꝑſtanti aliquis ingenio fictis con
quiſitiſq; vitiis deformatũ vellet inducere,nullũ profecto dedecus reperire poſſet, qđ in hoc
nõ ineſſet,multaq; in eo penitus defixa,atq; hęrẽtia pręteriret.parẽtibus,& diis imortalibus,
& patrię nos primũ natura cõciliat:eodẽ eñ tẽpore ſuſcipimur in lucẽ,& hoc cæleſti ſpiritu
augemur,& certã in ſedem ciuitatis,ac libertatis aſcribimur.iſte parentũ nomẽ,ſacra, memo
Penetrales foci. riam,gentẽ,Fonteiano nomine obruit.deorũ ignis,ſolennes menſas,abditos ac penetrales fo-
cos,occulta,& maribus nõ inuiſa ſolũ,ſed etiã inaudita ſacra inexpiabili ſcelere peruertit:idẽ
q; earum templũ inflãmauit dearũ,quarũ ope etiam aliis incendiis ſubuenit̃. Quid de patria

loquar?qui primũ eũ ciuem vi,ferro,periculis,vrbe,oĩbus patriȩ prȩſidiis depulit, quem vos patriȩ cõſeruatorẽ eſſe ſȩpiſſime iudicaueritis:deinde euerſo ſenatus,vt ego ſemp dixi,comi te,duce,vt ille dicebat,ſenatũ ipſum principẽ ſalutis,mẽtiſq; publicȩ,vi,cȩde,incendiiſq; peruertit:ſuſtulit duas leges Heliã & Fuſiã maxime reip.ſalutares,cenſurã extinxit,ĩterceſſionẽ remouit,auſpicia deleuit,cõſules ſceleris ſui ſocios ȩrario,prouinciis,exercitu armauit:reges qui erant,vẽdidit:qui nõ erant,appellauit:Cn.Pompeiũ vi,ferro, domũ cõpulit: imperatorũ monimẽta euertit,inimicorũ domos diſturbauit,veſtris monimẽtis nomen ſuũ inſcripſit.infinita ſunt ſcelera,quȩ ab illo in patriã ſunt edita,quȩq; ĩ ſingulos ciues,quos necauit:ſocios, quos diripuit:Imperatores,quos ꝑdidit:exercitus,quos tẽtauit. Quæ vero ea,& quãta ſunt, quȩ in ſe ipſum ſcelera,quȩ in ſuos edidit?quis minus vnq̃ pepercit hoſtiũ caſtris, q̃ ille oĩbꝰ corporis ſui partibus?q̃ nauis vnq̃ in flumine publico tã vulgata oĩbus,q̃ iſtius ætas fuit? qs vnq̃ nepos tã libere eſt cũ ſcortis,q̃ hic cũ ſororibꝰ volutatꝰ?quã deniq; tã imanẽ Charybdin poetȩ fingẽdo exprimere potuerũt,quȩ tantos exhaurire gurgites poſſet,quãtas iſte Byzantiorum,Brogitarorũq; prȩdas exorbuit?aut tã eminẽtibus canibus Scyllã,tãq; ieiunis, q̃ qbꝰ iſtũ videtis Gelliis,Clodiis,Titiis roſtra ipſa mandentẽ?Quare id qđ extremũ eſt in Aruſpicum reſpõſis:prouidete,ne reip.ſtatus cõmutet.etenim,vix hȩc,ſi vndiq; fulciamus,iã labefacta,vix inquã innixa in oĩm noſtrũ humeris cohȩrebũt.Fuit quondã ita firma hȩc ciuitas, & valens,vt negligentiã ſenatus,vel etiã iniurias ciuiũ ferre poſſet.iam nõ poteſt. ȩrariũ nullũ eſt:vectigalibus non fruunt,qui redemerũt:auctoritas principũ cecidit:cõſenſus ordinum eſt diuulſus:iudicia perierũt:ſuffragia diſtricta tenent a paucis:honorũ animus ad nutũ noſtri ordinis expeditus iã nõ erit:ciuẽ qui ſe pro patriȩ ſalute opponat inuidiȩ,fruſtra poſthac requiretis.Quare hunc ſtatũ,qui nũc eſt,qualiſcũq; eſt,nulla alia re,niſi cõcordia retinere poſſumus.nã vt meliore ſimus loco,ne optandũ quidẽ eſt illo impunito.deteriore aũt ſtatu vt ſimus,vnꝰ eſt inferior gradus,aut ĩteritus,aut ſeruitutis.quo ne trudamur, dii ĩmortales nos admonẽt,qm̃ iãpridẽ humana cõſilia ceciderũt.Atq; ego hanc orationẽ P.C.tã triſtẽ,tã grauẽ,nõ ſuſcepiſſem:nõ inquã,niſi hãc pſonã,& has ptes honoribꝰ populi Ro.veſtris plurimis ornamẽtis mihi tributis deberẽ,& poſſem ſuſtinere.ſed tñ facile tacẽtibꝰ cȩteris reticuiſſẽ.ſed hȩc oratio oĩs fuit nõ auctoritatis meȩ,ſed publicȩ religionis.mea fuerũt verba fortaſſe plura.ſentẽtiȩ quidẽ oẽs Aruſpicũ.ad quos aut referri nũciata oſtẽta nõ cõuenit,aut eorũ reſpõſis cõmoueri neceſſe eſt.Q̃ ſi cȩtera magis peruulgata nos ſȩpe & leuiora mouerũt,vox ipſa deorũ immortaliũ nõ mẽtes oĩm permouebit?nolite em̃ id putare accidere poſſe,qđ in fabulis ſȩpe videtis fieri,vt deus aliqs lapſus de cælo cœtus hoĩm adeat,verſet in terris,cũ hominibus colloquat.cogitate genus ſonitus eiꝰ,quẽ Latinieẽſes nũciarunt:recordamini illud etiã qđ nondũ eſt relatũ,ꝙ eodẽ fere tẽpore factus in agro Piceno Potentiȩ nunciat,terræmotus horribilis,cũ quibuſdã multis metuẽdiſq; rebus.hȩc eadẽ profecto,quȩ futura proſpicimus, impẽdentia pertimeſcetis.Etem̃ hȩc deorũ immortaliũ vox,hȩc pene oratio iudicãda eſt, cũ ipſe mundus,cũ agri,terrȩmotu quodã nouo contremiſcũt,& inuſitato aliquid ſono incredibiliq; prȩdicunt.in quo cõſtituẽdȩ nobis ſunt quidẽ procurationes,& obſecratio,queãdmodũ monemur.ſed faciles ſunt preces apud eos,qui vltro nobis viã ſalutis oſtendũt.noſtræ nobis ſunt inter nos irȩ,diſcordiȩq; placandȩ.

Charybdis

Scylla.

Latinieẽſes.
Potentia.

Deorũ vox terræmotꝰ atq; inuſitati ſoni.

## PRO CN.PLANCIO.
## ORATIO.XXXII.

CVM propter egregiam & ſingularem Cn. Plancii Iud.in mea ſalute cuſtodienda fidẽ,tam multos,& bonos viros eius honori viderem eſſe fautores,capiebã animo nõ mediocrẽ voluptatem,ꝙ cuius officium mihi ſaluti fuiſſet,ei meorũ temporũ memoriã ſuffragari videbã.cum autẽ audirẽ meos partim inimicos,partim inuidos,huic accuſationi eſſe fauturos,eandẽq; rẽ aduerſariã eſſe in iudicio Cn. Plancio,quȩ in petitione fuiſſet adiutrix: dolebã Iudices, & acerbe ferebã,ſi huius ſalus ob eã ipſam cauſam eſſet infeſtior, ꝙ is meã ſalutem atq; vitã ſua beneuolẽtia,prȩſidio,cuſtodiaq; texiſſet.Nũc autẽ veſter Iud.cõſpectus,& cõſeſſus iſte,reficit & recreat mentẽ meã, cum intueor,& cõtemplor vnũquẽq; veſtrum.video em̃ hoc in numero neminẽ, cui mea ſalus chara nõ fuerit,cuius nõ extet in me ſuũ meritũ,cui nõ ſim obſtrictus memoria beneficii

Fauturus.
Aduerſaria res.